

I. I. S. adipiscimur, num. 4. ff. de acq. poss. Imò nec locum habet ex sola mente verisimili disponentis, vt declarat Soc. Iun. in cons. 121. nu. 22. lib. 1. Gratus in cons. 5. nu. 84. lib. 2. & hos secutus sum in cons. 106. num. 232. lib. 2. Hic autem manifestè constat non solum de verisimili, sed etiam de vera ipsa voluntate libellantis, quod scilicet dicere voluerit, se de presenti esse dominum. Præterea regula, cum pretor non procedit, quando inducta ad vni effectum operarentur contrarium. Ita declarat Craver, in consil. 297. col. vlt. vers. 8. respondeo, post Baldum, & Iasonem, quos recenset. Nostro in casu si diceremus, hunc libellantem, asserendo se fuisse dominum, negare voluisse, se de presenti esse dominum, libellus inductus ad effectum recuperandi petitem fundum, operaretur contrarium. Cessat ergo illa regula.

Declarari potest hic casus, vt locū sibi non vindicet, quando verba huius libelli ita essent concepta, vt inferrent omnino negationem de presenti, ita declarat Maria, Soc. Sen. in d. c. 2. col. 29. vers. aut abnegatiue, de libel. oblatio, qui adfert exemplum, vt si dicatur, Dico semel me fuisse dominum a tali anno retrò, vel (ait Soc.) si aliqua verba taxatiua apposta sunt. Et secundū hanc declarationem intelligi, & declarari sic possunt verba Alc. in d. præf. 12. nu. 2. vers. quam limita 1. Ita etiam potest intelligi responsum Comen. in concl. 71. dum respōdit contra eum, qui in libello dixit, se olim fuisse Officialem Camerlengariæ, intelligit Comensis illam dictionē, olim, esse quodammodo taxatiue appositam.

Hic intelligimus, prædictis omnibus in casibus procedere libellum ita præsumptiue concludentem. Quæ sanè inia adeo vera est, vt nec requiratur, qd deinde illa præsumptio allegetur. Nam sufficit, quod ex ipso libello colligatur. Ita tradit Maria, Soc. Sen. in d. c. 2. col. 29. vers. & si diceretur, de libel. obl. Rota dec. vlt. in fin. tit. de libel. oblat. in Nouis. Hoc tamen intelligo, quoad ipsius libelli validitatem. Sed quoad effectū probationis, opinor necessariam fore allegationem in termino probatorio. Ita intelligo, & declaro Alciatum in d. præsum. 12. nu. 2. vers. 2. limitatur, qui post Castr. in l. si minorē, nu. 5. C. de in integr. restit. minor. requirit allegationem huius præsumptionis. Verè enim Castrēsis ita loquitur.

Præsumptio libello repugnans an libellum impediatur, breui s, sed clara explicatio?

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio libello repugnans, libellum non impedit. Et qua sit ratio, num. 2.

Q V A E S T I O L I V.

QVAERO quinquagesimoquarto, quod si præsumptio repugnat libello, an illa ita potens sit, vt eū impediatur. Exemplum sit in eo, qui asserit se mutuo dedisse pecuniam ecclesiæ, & petit eam sibi restitui, nec dicit in ipso libello, pecuniam illam fuisse versam in ecclesiæ utilitatem. Hic sanè libello aduersatur iuris præsumptio, cum non præsumatur à iure, quod pecunia sit versa in ecclesiæ utilitatem. Hoc in casu dubitatur, an hæc præsumptio impediatur possit hunc libellum. Et nõ impediatur scripserunt Innoc. in c. dilecti, de libel. oblat. Abbas in c. super hoc, num. 18. & ibidem Imol. num. 11. in fi. & nu. 14. de renunc. Quorum quidem commentarij ad d. c. super hoc habent adeo eadem verba, vt facile sit cognoscere, vel Abbate ab Imola, vel vt credibilis est, Imolam ab Abbate ea habuisse, vel errore impressorum fuisse excusa inter commetarios Imolæ, sed ad rem. Huius traditionis ratio illa est, qd quia et si præsumptio repugnet libello, at tamen facile fieri potest, quod actor eā præsumptionem diluat, probando deinde, pecuniam illam fuisse versam in ecclesiæ utilitatem.

Exceptionem an impediatur repugnans præsumptio, paucis exponitur?

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptionem non impedit præsumptio.
- 2 Renunciare iuri suo nemo sine iusta causa præsumitur.
- 3 Exceptio Rei conuenti favorabilior est, quam Actoris petitio.

Q V A E S T I O L V.

QVAERO quinquagesimoquinto, an præsumptio impediatur exceptionem. Et non impediatur scribunt Abbas in c. super hoc, nu. 18. de renunc. & ibidem Imola nu. 11. & 13. ex illo textu, vbi exceptio spontanea renunciationis beneficij non impediatur à iuris præsumptione, quæ est neminem præsumi sine iusta causa renunciare iuri suo. Et si enim repugnet Præsumptio, at tamen (vt etiā superiore quæstione diximus) facile fieri potest, qd eam diluat excipiens iste, contrarijs probationibus. Et propterea si libellus, cui repugnat præsumptio, non impeditur (vt superiore quæstione explicauimus) multò minus impediatur debet exceptio, cū favorabilior sit exceptio Rei conuenti, quam Actoris petitio, iuxta l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. & l. favorabiliores, de regulis iuris. Et rationem hanc considerant Abbas & Imola in d. c. super hoc, ille num. 16. iste num. 11.

Extenditur hæc sententia, vt procedat etiam si excipietis aduersarius petat causam exprimi, vt illa præsumptio tollatur. Nam adhuc exceptio procedit, nec tenetur excipiens eam causam exprimere. Ita Abb. & Imol. in d. c. super hoc, ille nu. 16. iste nu. 11. vers. sed vbi, si quidem poterit semper dicere excipiens iste, ex processu litis & eius meritis manifestè demonstrabo, præsumptionem aliquam meam nõ repugnare exceptioni. Et confert tex. c. in nostra, de proc. vbi gl. in verbo, inutilem, vbi simile de exceptione falsi procuratoris.

Ceterum scripserunt Abb. & Imol. in d. c. super hoc, de renunc. ille nu. 16. iste nu. 11. vers. salvo nisi praxima qua iudex inquirere potest, de causa actionis, & exceptionis, cui repugnat præsumptio.

Positiones concludere, an possint per præsumptiones, breuis & clara explicatio?

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones excludere possunt per præsumptiones.
- 2 Continua præsumuntur ea, qua nisi certa forma obseruata nequeunt remoueri.

Q V A E S T I O L V I.

QVAERO quinquagesimosexto, an positio possit concludere per præsumptionem. Bald. in l. siue possidetis, num. 7. vers. scilicet, sed reuoco in dubium. C. de probat. scribit ex Petri sententia, satis qd concludere. Quandoquidem sufficit, quod positio adinicum præbeat probationibus ponentis, etsi non omnino concludat. Quocirca aiunt Petrus, & Baldus, malè fuisse Rome iudicatum, quod non esset respondendum positioni, in qua fuerat positum, aliquem fuisse aliquando excommunicatum. Non enim reiicienda erat positio illa, quia etsi semel excommunicatus nõ credatur verè, & propriè adhuc excommunicatus, at tamen præsumptio aliqua est, eam adhuc esse excommunicatum, cum ea, qua remoueri non possunt, nisi certa obseruata forma, præsumatur continua, nisi aliud appareat. Sicuti ex d. l. siue possidetis. & l. si quis, in §. differentia. ff. de acq. poss. probat Bald. ex ipso rei dominio, quod non nisi certis modis in alium transfertur, & ob id, illis modis non probatis, continuatur præsumitur.

Præ-

Præsumptio extendi quando possit, diligenter & accurate explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptionis extensio fit de casu ad casum, si pares sunt eademque habent rationem.
- 2 Præsumptionis extensio cessat in casibus diuersis, & diuersam habentibus rationem.
- 3 Præsumptio de persona ad personam extenditur.
- 4 Extensio præsumptionis permittitur de tempore ad tempus. Et de quo tempore id accipiendum, nu. 5.

Q V A E S T I O L V I I.

QVAERO quinquagesimosextimo an præsumptiones & coniecturæ extensionem admittant? Quo hæc iuris quæstio explicetur, aliquot casus sunt distinguendi.

Primus est, cum agitur de extensione casus ad casum, & casus ipsi pares sunt, eademque rationem. Tunc dicendum est, admitti hanc extensionem rationem inductionis in vno casu ad alium casum. Hoc colligo ex traditionibus omnium in l. cum de in re verso. ff. de v. suris. & in leg. si certis annis. C. de pactis. ibi inter ceteros. Ias. num. 7. & multis subsequentijs cum ait, dispositionem d. l. cum de in re verso, quod scilicet ex præstatione decennali, allegado legitimum titulū is titulus verus præsumitur, ait Ias. post alios dispositionem hæc in sola præsumptione fundatā, extendi ad alios similes casus ab eo enumeratos, & alios commemorat copiosè Franc. Balbus in tra&. de præsumptionibus in i. particula 3. partis princ. q. 20. nu. 34. vlt. qd ad finē. & nos suo loco vberius explicabimus. Ita dicimus, quod constitutio Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid. qua sancitum fuit heredem amittere falcidiam, si in uetariū non confecit, cū sit fundata in præsumptione fraudis, qd scilicet ipse bona hereditaria surripuerit, extenditur inquam hæc dispositio etiam ad trebellianicā, in qua quidem militat eadē præsumptio fraudis & surreptionis bonorum. Qua quidem in opinione fuerunt duo & sexaginta Doctores commemorati ab Osasco decif. 147. num. 8. ipso auctore addito.

Secundus est casus, quando agitur de extendenda præsumptione ad casum diuersum, & diuersam rationem habentem. Et tunc dicendum est omnino qd cessare hanc extensionem. Ita intelligo Abbatem in c. vlt. nu. 3. de spons. cū dixit præsumptionem illius canonis, quæ est, quod ob copulam carnalem subsecutam spōsalia per verba de futuro, præsumptione iuris & de iure transeunt in matrimonium. Hanc inquam præsumptionem non extendi ad casum, quando copula carnalis non est secuta, sed solum modo conatus ad eam. Extensio hæc non conceditur, cū casus copulæ verè subsecutæ sit admodum diuersus à casu tentatæ copulæ. Est etiā diuersa ratio, sicuti considerat ibi Abbas, & cum eo ceteri, & Aret. in cons. 142. nu. 7. Et nos attigimus sup. q. 22. ac etiā in l. lib. 4. præf. 1. Quib. intelligimus male argumentum ab ea Abbatis traditione sumpsisse Ruinum in cons. 11. 2. nu. 16. lib. 2. & illos qui eum secuti sunt, vt Rolandum in cons. 27. nu. 22. lib. 1. & Phanucium in tra&. de inuentario. par. 7. num. 35. Malè sanè argumentatus est Ruinus cum dixit, d. Auth. sed cū testator. fundatam in præsumptione fraudis hæredis non confidentis inuentarium, non extendi ad causam Falcidiam, ex illa traditione Abbatis.

Nam manifestè constat, partes non esse terminos vnus & alterius casus. His in fertur ad id, quod responderunt Ias. in cons. 50. lib. 3. & Cur. sen. in cons. 78. nu. 8. & Cur. Iun. in Auth. præterea, nu. 16. C. vnde vir & vxor, quod apertius explicat Phanucius in tra&. de lucro dotis, in gl. 10. nu. 33. vers. & hoc nõ habet, quod illa præsumptio qua dicimus, mulierem secundo nubentem præsumi dedisse in dotem bona iā data primo, non habet locū, quā-

do extant filij ex primo matrimonio, tam etsi statutum permittat ei dare dotem ad sui libitum. Nā hæc præsumptio non extenditur ob diuersam rationem, vt dicemus etiā infr. lib. 3. præsumpt. in 3. casu.

Tertius est casus, quando agitur de extendenda præsumptione ab vna persona ad aliam personam. Hoc casu non admittitur extensio, cum præsumptio cohereat ipsi persone, & qua colligitur, quod à speciali probat, l. cum de in rem verso. l. responso. ff. de v. suris, vbi legitur, præsumptionem illam ortam à decennali præstatione illius soluentis transire in ipsius soluentis filium, atq; ita ad eū extendi, eā speciali ratione, quia pater & filius censentur vna & eadē persona. l. vlt. C. de impub. & alijs sublt. Ergo secus est in alijs, sic in specie docuit Bald. in l. si certis annis. nu. 9. C. de pactis. Quam quidem traditionem intelligo, nisi in casibus. l. cum auus. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & sublt. & l. cum acutissimi. C. de fideic. vbi lex extendit præsumptionem illā de persona ad personam. Qua de re in l. lib. 4. præsumpt. 64. vbi explicabimus præsumptionem illam ex d. l. cum auus.

Quartus est casus, quando agitur de extendenda præsumptione de tempore ad tempus. Hoc sanè casu dicimus, extensionem qd esse permissam, vt scribunt omnes in leg. & persona. C. de prob. & diximus supra q. 23. Et hinc docuit Bal. in l. non nudis. vers. sed dubitatur. C. de prob. præsumptionem filiationis extendi post mortē patris vel filij, hic tamen casus declaratur, vt non procedat quo ad tempus qd infinitum, ad quod præsumptio nõ extenditur, ita scriptum reliquit Bertach. in repertorio. in verbo præsumptio, ex sententia Castr. in cons. 157. Visis & ponderatis omnibus. & ex l. fluminum. §. 1. ff. de damno infecto. locum tamen Castrēsis à me diligētius perquisitum, hæcenus non inueni.

Præsumptionibus multa posse probari, quæ testibus, vel documentis probari non possunt, multis exemplis declaratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptionibus probantur multa, qua directò probari alias nequeunt.
- Et qualesnam debeant esse præsumptiones illa. nu. 20.
- 2 Delictum omne, certis, claris, & manifestis probationibus apparere debet.
- 3 Adulterij crimen solis præsumptionibus, & indicijs probari potest.
- 4 Simonia quia occultè committitur, coniecturis satis probatur.
- 5 Miles coniecturis probat, se non transfugam, sed captum fuisse ab hostibus.
- 6 Hæresis crimen solis probatur præsumptionibus.
- 7 Partum suppositum coniecturis probatur.
- 8 Falsi crimen præsumptionibus, & coniecturis apparet.
- 9 Contractus simulatus & fictus ostenditur coniecturis.
- 10 Dolus probari potest præsumptionibus.
- 11 Delicta quæ domi, noctu & c. committuntur, satis est si præsumptionibus consent.
- 12 Filiatio coniecturis solis probatur.
- 13 Affinitatem antiquam præsumptionibus apparere sufficit.
- 14 Expensa minuta facta ab aliquo administratore, præsumptionibus declarantur.
- 15 Sacerdos reuelans aliquid ex confessione, vtrum id in mandatis habuerit, præsumptiones demonstrant.
- 16 Aetas minor coniecturis probatur.
- 17 Res antiqua, probationem coniecturalem admittit.
- 18 Præsumptio etiam vebens ad condemnationem de delicto non sufficit.

Et de qua condemnatione id accipiendum nu. 19.

Coniecturæ quibus dolus detegitur, iudicantis sunt in arbitrio.

Arbitrio dici nequeunt, quæ a lege determinata sunt.

Q V A E S T I O LVIII.

QVAERO quinquagesimo octavo, an præsumptionibus aliqua probari possint, quæ non possunt directo, & testibus aut documentis probari. Et verè plura probari posse scripserunt in specie Guido Papæ in tract. de præf. nu. 86. Lopus alleg. 94. nu. 3. & alij plures, quos statim commemorabo. Imò scriptum reliquit Petrus Folterius in Practica crim. par. 2. sub rub. capiat informatio- nem. nu. 9. quod et si delictum in genere probari debet certis, elatis, & manifestis probationibus: attamen cum ob difficultatem directarum probationum probari non potest, præsumptionibus, & coniecturis detegi & probari potest. Recensebo hic aliquot casus, qui solis præsumptionibus possunt probari, reliquos observabit diligens, atque studiosus lector.

1. Primus itaque casus est in crimine adulterij, & quod solis præsumptionibus, & indicijis probari potest, cum aliqui occultè, & secretò committi soleat. Ita probantur, præterea de testibus. c. l. iteris, & c. 3. loco de probat. & scribunt Bart. in l. 2. §. vlt. in fine. ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. 1. ff. de extraordin. cognit. Franc. Brunus in tract. de indicijis & tortu. par. 1. q. 4. nu. 7. vers. item adde quo loci idem esse ait in Iodonia. Et plura de his differemus infra lib. 5. præsumptio....

2. Secundus est casus in crimine & simonia, quod quidem solet occultè committi, & ppea cõiecturis, & præsumptionibus satis probatur. Ita probat c. per tuas, & c. sicut. vbi Abb. de sim. Franc. Brun. loco præalleg. Gomefius in cõmentarijs ad regulam cancellariæ, de triennali possessore. q. 18. Bernard. Diaz in practica canonica crim. cap. 85. Redoanus in tract. de simonia. par. 4. c. 6. nu. 21.

3. Tertius est casus in milite & qui asserit se non transfugisse ad hostes, sed captum ab illis fuisse, & deinde evasisse, vt probatur in l. non oēs. §. à Barbaris. ff. de remilit. qui locus allegari solet ad asserendam sñiam hanc. q. ea quæ sunt difficilis probationis cõiecturis, & præsumptionibus possunt probari. Sicuti multos hos casus difficilis probationis numeravi in lib. de arbit. iudicum casu 115.

4. Quartus est casus in crimine & hæresis, quod quidem solis præsumptionibus, & coniecturis probari potest. c. cum cõrumacia, de hæ. in 6. vbi lo. de Anna. & tradunt gl. in cap. 1. de testibus in 6. Redoanus in tract. de simon. par. 4. c. 6. nu. 22. & 23.

5. Quintus est casus in crimine & partus suppositi, quod cum directò non possit probari, & coniecturis & præsumptionibus probabitur, vt in specie scripsit Aegidius Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de partu supposito. nu. 13. ex c. asserit. de præsump.

6. Sextus est casus in crimine & falsi, quod coniecturis, & præsumptionibus probatur, vt tradit Bart. in l. si quis ex argētarijs. §. an & hæredi. ff. de eden. & ibidem Iaf. Dec. in c. porrecta. col. 1. de consir. vtili vel inutili. & in consil. 189. col. 1. alios commemorabo infra lib. 5. præsumpt....

7. Septimus est casus in contractu simulato & ficto, qui directò non potest probari, quippe qui occultè solet conficij. Ita scribunt Bart. & ceteri in l. post contractum. ff. de don. Iaf. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. nu. 26. ff. de eden. & in l. cum ea. col. 2. C. de transact. Aegidius Bossius in tract. causarum criminalium. tit. de partu suppositi. nu. 14. & alios commemorabo infra lib. 3. præsumpt. 65. vbi multas explicabimus præsumptiones, quibus contractus simulati, & ficti detegi possunt.

8. Octavus est casus in dolo, & qui coniecturis & præsumptionibus probari potest. l. dolum. C. de dolo. & scribunt Curt. Sen. in consil. 44. col. 10. vers. dolum. Parisus in consil. 67. nu. 15. & in consil. 83. nu. 47. lib. 3. Soc. Iun. in consil. 83. nu. 47. lib. 3. & Crauey. in consil. 8. num. 1. & dicemus infra lib. 5. præsumpt. 3.

9. Nonus est casus in delictis & que in domo noctis tempore, vel simili committuntur, vt in furto, homicidio, ver-

beribus & his similibus. Hæc sanè cõiecturis & præsumptionibus probari possunt. l. consensu. §. super plagis. C. de repud. Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de ede. & ibid. Iaf. & reliqui. Alex. in consil. 24. nu. 6. lib. 2. Cor. in consil. 13. Iaf. in consil. 54. lib. 3. col. 2. lib. 1. & Grā. in consil. 1. nu. 11. in crim. 12. Decimus est casus in filiatione, quæ eam directis certisq; probationibus probari minime possit, satis probatur coniecturis & præsumptionibus. l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui vel alien. iur. & tradunt Fed. de Senis in consil. 18. Lopus alleg. 94. nu. 3. Alex. in consil. 24. nu. 6. lib. 2. & copiosè disserui in lib. 2. de arbit. iudic. casu. 89.

13. Undecimus est casus in affinitate antiqua probanda. Na hæc cõ directo, & cõcludenter probari non possit, satis erit eam probare indicijis & præsumptionibus. c. licet qdam, de testib. vbi Doct. & tradit Lopus in d. allegat. 94. nu. 3.

14. Duodecimus est casus in expensis minutis factis ab aliquo administratore. Hæc. n. cõiecturis, & præsumptionibus probari possunt, cū difficile admodum sit in his adhibere semper testes. Ita scripsit Lopus in d. alleg. 94. nu. 4.

15. Decimustertius casus est, quado sacerdos & qui audit confessionem sacramentalem alicuius, & deinde aliquid ex ea confessione reuelat, & asserens se ita in mandatis habuisse ab illo confesso. Hoc autem habuerit in mandatis satis probatur ex coniecturis, & præsumptionibus ductis à bonitate vitæ ipsius sacerdotis & his similibus, ita egregiè scripsit Lopus in d. allegat. 94. nu. 3. & 4.

16. Decimusquartus casus est in probatione minoris ætatis, quæ difficilis sit probationis, coniecturis, & præsumptionibus probari potest. ita Bar. in l. de ætate num. 6. & 7. ff. de minor. & ibid. Sebast. Sapia nu. 24. & dicemus infra lib. 2. præsumpt. 35.

17. Decimusquintus casus est in probatione rei antiquæ, quæ cum difficile habeat probationem, admittit probationem coniecturalem. l. census. & l. monumenta. ff. de probatio. & scripsi post alios in commen. de arbit. iudicum. lib. 2. casu. 115. num. 2. 3.

Illud autem est hic annotandum, qd scriptum reliquit Bossius in tract. causarum criminalium tit. de conuictis. nu. 47. in his occultis non sufficere præsumptionem, etiam vehementè ad cõdemnandum de iplo delicto, & huius sñæ receslet Decium in c. porrecta. col. 1. de consir. vtili, vel inutili. & in consil. 189. col. 1. & apertius hoc scripsit Præpos. in c. is, qui fidem. nu. 4. de sponsal. Que tñ traditio intelligi dèr,

18. quo ad inducendam penam ordinariam, secus quo ad arbitriariam, & præterea Decius loquitur de suspicionibus, quæ ex eius opinione non sufficiunt ad imponendam aliquam penam, quæ de re differemus in fr. q. 97.

Ceterum dubitari hic potest, an hæc præsumptiones esse debeant præsumptiones iuris, atque ita lege approbate, vel sit sufficiant præsumptiones hominis? Aegidius Bossius in tract. causarum criminalium. tit. de partu supposito. nu. 33. affirmavit, sufficere præsumptiones hominis. Ita enim videmus, dolum qui cum difficilis sit probationis, coniecturis probari, vt diximus supra, alij coniecturæ non legis, sed hominis tantum esse possunt. gl. in d. l. dolum. C. de dolo. ita et senserunt Corn. in consil. 178. nu. 2. li. 2. & Soc. Sen. in consil. 92. nu. 12. lib. 4. dum ad detegendum dolum vtuntur multis coniecturis, quæ non reperiuntur expresse approbate à lege. Et expressius Alex. in consil. 56. in fr. lib. 2. ait, & coniecturas, quibus dolum detegitur, relinquit in arbitrio iudicis. Loquitur ergo Alex. de coniecturis hominis, quia si essent approbate à lege, non relinquerentur in arbitrio iudicis, cū ea, quæ iam lege terminata sunt arbitria dici non possint, vt scripsi lib. 1. de arbit. iud. & c. q. 14. nu. 2. Et coniecturas præsumptionesq; iudicum non esse in lege scriptas, dixit Bal. in rub. de præf. nu. 3. Eandem Bossij sententiam cõprobat, quod dicimus de coniecturis in crimine falsi, quæ quidè multa considerantur ab homine ultra illas à lege probatas, quæ modum infra lib. 5. præf. 64. explicabimus. Præ-

Præsumptio indeterminata personæ, an aliquid operetur.

S V M M A R I V M.

- 1. Præsumptio personæ indeterminata, circa condemnationem nil operatur.
 - 2. Persona quæ damnari debet, certa sit, oportet.
 - 3. Incendium culpa inhabitantium præsumitur commissum.
- Q V A E S T I O LIX.
- Q**VAERO quinquagesimo nono, an præsumptio indeterminata personæ aliquid operetur? Et nil operari & circa condemnationem clarum est. Nam certa esse debet persona, & quæ damnari debet. Potest afferri exemplum ex Baldo in l. creditor. ff. de pign. action. in consil. 441. Quidam in fine. lib. 1. cum scripsit, quod et si incendium & præsumitur commissum culpa inhabitantium. l. 3. §. 1. ff. de officio præfecti vigilum, attamen quando multi habitant in eadem domo, eorum nullus condemnari potest, vt emendetur damnum domino domus, ex quo verè incerta est persona illius, qui incendium commisit. Idem cum Baldo affirmarunt Io. de Anna. in consil. 71. num. 2. Cepol. in consil. 70. Iaf. in consil. 116. num. 3. lib. 1. Afflic. in decil. 57. num. 4. & 5. & alij, quos congesti in commentarijs de arbitrijs iudic. lib. 2. casu 390. nu. 4. & nu. 11. quo in loco plura de incendiarijs scripsi.

Præsumptionem iuris, & de iure, non admittere probationem in contrarium.

S V M M A R I V M.

- 1. Præsumptio iuris, & de iure, non admittit probationem in contrarium.
 - 2. Probatio contraria semper admittitur contra præsumptionem, nisi lex eam expresse rejiciat.
- Q V A E S T I O LX.
- Q**VAERO sexagesimo, an præsumptio iuris & de iure, admittat probationem in contrarium? Et dicendum est, regulariter & non admittitur. ita gl. in l. vlt. in princ. in verbo, præsumptioni. ff. q. metus causa. in cap. ferum. 50. dist. in c. fraternitatem. 54. dist. in gl. vlt. que ait, quod semper contra præsumptionem admittitur contraria & probatio, nisi lex expressim eam rejiciat, quia tunc non admittitur, ex quo est præsumptio iuris & de iure. Idem statuit statutum Venetum in prologo secundo nu. 10. vers. necessaria præsumptio. & in c. subsequenti. num. 1. Idem affirmant interpretes omnes in c. is, qui fidem. de sponsal. Præpos. num. 8. Alex. in l. inter stipulantem. §. 1. num. 3. de verb. obligat. qui post Comensem docuit, opus esse, quod lex expressim rejiciat, vt (sicuti etiam annotauimus supra, quæst. 3. in fine) dicatur præsumptio iuris & de iure, & ob id quod nulla contra eam admittatur probatio. His accedunt Roman. in l. si duo. num. 7. ff. de acq. hæred. Salic. in rubr. C. de probat. Guilielm. Maynerius in l. in obscuris. num. 8. de reg. iuris. Iaf. in l. Titia. num. 39. ff. de verb. oblig. Cepol. in tract. de simulatione contractuum. num. 7. Curt. Iun. in consil. 50. num. 5. & Alc. in tract. de præsumptionibus in secunda parte præludiorum. num. 3. Et manifestè hoc probatur in l. a diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. & ibi glossa explicat, de qua sanè præsumptione dicemus infra libro 2. præsumpt. 59. Ita etiam probat l. antiqua. C. ad S. C. Velleia. de qua agemus infra lib. 3. præsumpt. 88. Idem scriptum est in l. vlt. C. ad S. C. Maced. de qua tractabimus infra lib. 3. præsumpt. 58. comprobatur ex l. vlt. Arbitrium tutelæ, de qua infra, lib. 6. præsumpt. 96. His accedit & tex. in c. ad id, & in c. is, qui fidem. de sponsal. quas explicabimus infra lib. 3. præsumpt. 1.

Præsumptionem iuris & de iure, admittere probationem contrariam, confessione eius, cui fauet ipsa præsumptio diligenter explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1. Præsumptio iuris & de iure admittit probationem contrariam, ex confessione iudicialiter facta, & quando. num. 5. & 9. Et quæ sit ratio. num. 7.
- 2. Mulier quando non adiuetur beneficio S. C. Velleiani.
- 3. Confiteus se pecuniam recepisse, & intra biennium except. non numerata pecunia non obijciens, habet contra se præsumptionem iuris & de iure. Contra eam tamen admitti probationem in contrarium, ex creditoris confessione etiam extraiudiciali. num. 16.
- 4. Sententia in iudicatum trāsacta habet pro se præsumptionem iuris & de iure.
- 6. Confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi.
- 8. Probatio nulla melior, nullaque efficacior, quam proprii oris confessio.
- 10. Confessio ficta à lege recepta, tantum operatur, quantum vera.
- 11. Confessio quando non diluat præsumptionem iuris, & de iure.
- 12. Confessio extraiudicialis, non diluit præsumptionem iuris, & de iure.
- 13. Errorem non præsumi.
- 14. Positionibus quidquid potest deduci, probari etiam potest.
- 15. Confessio ab initio quando nec possit nec debeat extorqueri.

Q V A E S T I O LXI.

QVAERO sexagesimo primo, an contra præsumptionem iuris & de iure, admittatur directæ probatio, confessione eius, pro quo est ipsa præsumptio? Hac in re aliquot casus sunt distinguendi, atque consuetudi.

Primus est, cum loquimur de vera confessione & iudicialiter facta super his, quæ à contentis potestate pendent, sicuti in casu l. antiqua. C. ad S. C. Velleia. qua sancitum est, quod si mulier, accepto pretio, alterius in nomine intercessit, præsumptio iuris & de iure insurgit, nõ fragilitate sexus illam intercessisse, sed illius pretij causa, & ea propter non iuuatur & eo beneficio S. C. Velleia. si itaq; eo in casu stipulator, cuius commodi gratia mulier intercessit, iudicialiter fateatur mulierem non sse premij, sed sua ipsa sponte intercessisse, recipitur hæc probatio, & mulier eo beneficiatur S. C. iuuatur. cū ab illius stipulatoris voluntate, & potestate pendeat, an ob intercessionem, pretium dederit, vel nõ. Potest etiam adferri exemplum in casu l. vlt. C. arbit. tutelæ. Est præsumptio iuris & de iure aduersus tutorem, quod ab eo descripta bona in inventario, verè fuerint in bonis defuncti. Contra hanc præsumptionem admittitur contraria probatio ex confessione pupilli effecti maioris, qui coram iudice fateatur, descripta illa bona errore descripta fuisse. Et hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, declarauit statutum Venetum in prologo. in cap. de præsumptionibus. nu. 2. & dicemus infra lib. 3. præsumpt. 49. Ita etiam adferri potest exemplum in casu l. in contractibus. in princ. C. de nõ num. pecunia. Præsumptio iuris est, & de iure, aduersus eum, qui confessus est se recepisse pecuniam, & intra biennium non obiecit exceptionem non numeratæ pecuniæ. Et tamen contra præsumptionem illam admittitur probatio contraria ex confessione creditoris. Si declarat gl. in d. l. in contractibus, in princ. in verbo nullo modo. & Felin. in c. si cautio. num. 66. de fide instrum.

Potest quoque adferri exemplum in sententia & quæ lapsa est in iudicatum. Nam etsi pro ea est præsumptio iuris & de iure. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & dicemus infra lib. 2. præsumpt. 54. Attamen aduersus eam admittitur probatio ex confessione eius, qui sñiam pro se obti-

Tomus Primus, E 4 nunt